



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Thomæ Tamburini Societatis Iesu Siculi  
Caltanisettensis, In Alma Vniversitate nobilis Civitatis  
Messanæ, Theologiæ Primarij Professoris. Explicatio  
Decalogi Duabus distincta partibus**

In qua omnes ferè conscientiæ casus, ad decem Præcepta pertinentes,  
mira brevitate, claritate, & quantum licet, benignitate declarantur

Continens sex Libros posteriores in Decalogum, id est, expositionem  
præceptorum secundæ tabulæ

**Tamburini, Tommaso**

**Monachii, Anno M.DC.LIX.**

Ratum habens, num. 7.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39995**

sis; ex quo sequitur, ut si suadeas Petro, ut is occisionem faciat, qui Petrus tale propositum firmiter conceperat, sequitur, inquam, ut tu nihil efficias; efficit enim ille ex suo firmo proposito; at vero si eidem manderis,isque mandatum exequatur, sequitur, ut jam tuo nomine homicidium fiat, tibi que ut causæ adscribatur.

6. Denique nota, si affirmanti, tua gratia se hominem necaturum, credas, id ab ipso futurum esse, neque contradicas & impediās, cum possis, censeari, te tacite consentire & mandare.

Eademque ratio est, si te rixante v. g. cum Ioanne, amici tui forte superveniant, & à te non prohibiti, nec repulsi (addo, cum possis) Ioannem in tuam gratiam occidant; quare in utroque casu irregularis fies: recole, quæ dixi supra 9. 3. nu 18.

*Ratum habens.*

7. Qui suo nomine necè patrata, postea ratâ habet, ad damnorum restitutionem minimè g tenebitur nec irregularis h fiet. Ratio est, quia irregularitas infligitur ei, qui aliquo tandem modo, est causâ homicidij: & rursus obligatio restitutionis consequitur tantquam effectus ad factum homicidium, seu ad damnum illatum: Sed per ratificationem homicidij vel damni ante à tertio commissi, nemo efficitur ullo modo causâ, cum ad præteritum non sit potentia, ergo &c. Neque dicas, ratihabitionem retraham, & mandato comparari, ex regula juris, in 6. & defacto excommunicacionem contrahi ab eo, qui percussio- nem Clerici nomine suo factam ratifi-

cat, ergo etiam in casu nostro. Ne id dicas, inquam, nego enim consequentiam, & ratio negationis est, quia ratihabitionem retraham, est per fictionem juris & ejus dispositionem, ut de facto jus disposuit: in dicta percussione Clerici, quæ certe dispositio non est in irregularitate, nec in obligatione restitutionis.

g Med. Les. Vasq. apud de Lug. t. 1. de Just. d. 19. sec. 2. §. 1. n. 32. h Vasq. Turrian. Hurtad. Suar. Coninch. alijs quos citat sequiturque de Lug. l. c. n. 34. contra Mol. Silv. Navarram, alijsq. i c. cum quis. de sententia exc. in 6.

8. Porro si quis homicidium vel damnum non suo nomine patratum, postea approbet, non censetur ratificare, atque adeo nec censuram aliquam contrahere, multo minus restitucionem, quia nemo ratificare potest, quod suo nomine gestum l non est.

l c. cum quis. de sententia exc. in 6. de natura ratificationis v. multa recte explicata à Bordonio viro certe docto & erudito t. 3. contr. 32. num. 1. & dem- ceptis, ubi item multa de ratificatione professionis.

*Non prohibens.*

9. De hoc dictum est satis paulo ante, c. 3. §. 1. à num. 10. & multa dicentur lib. 8. citato tr. 4. c. 2. §. 6.

*Finis Libri Sexti.*

LAVS DEO, BEATISSIMAE VIRGINI, AC BEATO ALOYSIO.

LIBER